

Universitätsinternes Latinum: Klausur Termin: Ende Sommersemester 2004

Cicero erklärt, warum er sich dazu bereit gefunden hat, die Anklage der Einwohner Siziliens gegen Verres zu vertreten. Dabei erklärt er zunächst, dass der Angelegenheit eine über den Einzelfall hinausgehende Bedeutung zukommt, und er spricht über den besonderen Status der Provinz Sizilien...

[Cic. In Verr. II 2,1f. (bearb., mit Ausl.)]

Multa mihi necessario, iudices, praetermittenda sunt, ut possim aliquo modo aliquando de his rebus, quae meae fidei commissae sunt¹, dicere. Recepti enim causam Siciliae; ea² me ad hoc negotium provincia² attraxit. Ego tamen, hoc onere suscepto et recepta causa Siciliensi, amplexus animo sum aliquanto amplius³. Suscepi enim causam totius ordinis, suscepi causam rei publicae, 5 quod putabam tum denique recte iudicari posse, si non modo reus improbus adduceretur, sed etiam diligens et firmus accusator ad iudicium veniret. Quo⁴ mihi maturius⁴ ad Siciliae causam veniendum est relictis ceteris eius⁵ furtis atque flagitiis, ut et viribus quam integerrimis agere et ad dicendum temporis satis⁶ habere possim.

Atque antequam de incommodis Siciliae dico, pauca mihi videntur esse de provinciae dignitate, 1) vetustate, utilitate dicenda. Nam cum omnium sociorum provinciarumque rationem diligenter habere debetis, tum praecipue Siciliae, iudices, plurimis iustissimisque de causis, primum, quod omnium nationum exterarum princeps⁷ Sicilia se ad amicitiam fidemque populi Romani applicavit⁸. Prima docuit maiores nostros, quam praeclarum esset exteris gentibus imperare. Sola fuit ea fide benevolentiaque erga populum Romanum, ut civitates eius insulae, quae semel in 1) amicitiam nostram venissent, numquam postea deficerent.

Hilfen:

¹ *meae fidei commissae sunt* (Z. 2): „jemandes Obhut anvertrauen“.

² *ea ... provincia* (Z. 2/3): *ea* gehört zu *provincia*.

³ *aliquanto amplius* (Z. 4): „etwas Bedeutenderes“, Objekt zu *amplexus sum*.

⁴ *Quo ... maturius* (Z. 6): „desto schneller“.

⁵ *eius* (Z. 7): Dieses Demonstrativpronomen bezieht sich inhaltlich auf Verres.

⁶ *temporis satis* (Z. 8): *temporis* ist ein Genitivus partitivus, der von *satis* abhängt.

⁷ *princeps* (Z. 12): hier „als erste“.

⁸ *se ad amicitiam fidemque populi Romani applicavit* (Z. 12/13): „ein Verhältnis von Loyalität und Freundschaft mit dem römischen Volk eingehen“

Universitätsinternes Latinum: Klausur
Termin: Ende Wintersemester 2003/04

Verres ließ während seiner Statthalterschaft überall in Sizilien Statuen von sich selbst und seiner Familie aufstellen. Die Bevölkerung, die unter dem Willkürregiment des Verres zu leiden hatte, drückte seine Unzufriedenheit unter anderem dadurch aus, dass es die Statuen öffentlich niederriss. Im Prozess gegen Verres berichtet Cicero von diesem beispiellosen Vorgang, um den Richtern deutlich zu machen, wie unbeliebt Verres in seiner Provinz war.

[Cic. *In Verrem* II ii, 158 u. 160f., bearb., m. Ausl.]

De quo homine auditum umquam est hoc, quod tibi accidit, ut eius in provincia statuae in locis publicis positae, partim etiam in aedibus sacris, per vim et per universam multitudinem deicerentur? Tauromenitani¹ – homines quietissimi, qui maxime ab iniuriis nostrorum magistratuum remoti consueverant esse – hi² tamen istius evertere statuam non dubitaverunt; qua abiecta basim³ tamen in foro manere voluerunt, quod gravius in istum fore⁴ putabant, si scirent homines statuam eius a Tauromenitanis esse deiectam, quam si nullam umquam positam esse arbitrarentur. Tyndaritani⁵ deiecerunt⁶ in foro, et eadem de causa equum inanem reliquerunt. Leontinis⁷, misera in civitate atque inani, tamen istius in gymnasio statua deiecta est. Centuripinorum⁸ senatus decrevit, ut quaestores statuas Verris ipsius et patris eius et filii demoliendas curarent⁹. Quid ego de Syracusanis¹⁰ loquar? Quanta illuc multitudo, quanta vis hominum convenisse dicebatur tum, cum statuae sunt illius deiectae et eversae! At quo loco! Celeberrimo ac religiosissimo, ante ipsum Serapim¹¹, in primo aditu vestibuloque templi. Quod nisi¹² Metellus¹³ hoc¹⁴ tam graviter egisset¹⁴ atque illam rem imperio edictoque prohibuisset, vestigium statuarum istius in tota Sicilia nullum esset relictum.

Hilfen:

¹*Tauromenitani* (Z. 3): „die Tauromenier“ (Einwohner von *Tauromenium*, dem heutigen Taormina).

²*hi* (Z. 4): bezieht sich sinngemäß auf die eingangs erwähnten *Tauromenitani*.

³*basim* (Z. 5): Akk. Sg. von *basis*, f., „Sockel“ (d.h. das Postament, auf dem die Statue stand).

⁴*gravius in istum fore* (Z. 5): *gravius in istum*: „schlimmer für diesen“ (gemeint ist Verres); *fore* = *futurum esse*; ergänze *id*.

⁵*Tyndaritani* (Z. 7): „die Bewohner von Tyndaris“ (einer Stadt an der Nordküste Siziliens).

⁶*deiecerunt* (Z. 7): ergänze *eius statuam* - es handelte sich in Tyndaris um ein Standbild, bei dem Verres als Reiter dargestellt war.

⁷*Leontinis* (Z. 8): Ablativus loci; die Stadt, um die es geht, heißt „Leontini“ (Pluralname), heute Lentini.

⁸*Centuripini* (Z. 9): „die Einwohner von Centuripae“ (dem heutigen Centuripe).

⁹*curarent* (Z. 10): *curare* [+ Gerundiv]: „dafür sorgen [dass etwas gemacht wird]“.

¹⁰*Syracusani* (Z. 10): *Syracusani* sind die „Einwohner von Syrakus“, einer Stadt in Südostsizilien (heute Siracusa).

¹¹*Serapim* (Z. 12): Akk. Sg. von *Serapis*; gemeint ist hier „die Statue des Serapis“, eines ägyptischen Gottes, der auch in vielen griechischen Städten auf Sizilien verehrt wurde.

¹²*Quod nisi* (Z. 12/13): „Wenn also nicht“.

¹³*Metellus* (Z. 13): gemeint ist L. Caecilius Metellus, der Amtsnachfolger und Freund des Verres.

¹⁴*hoc... egisset* (Z. 13): *agere* [+ Akk.] hier im Sinne von „vorgehen gegen [etwas]“.

Universitätsinternes Latinum
Klausur 15.10.2001

Cicero, Cat.3,16f.4,14 (m.Ausl.)

Catilina ist von Cicero aus der Stadt vertrieben worden. Die anderen Anführer der Verschwörung, die in Rom zurückgeblieben waren, sind dingfest gemacht. Jetzt gibt Cicero eine Lagebeurteilung.

Nunc quoniam consceleratissimi periculosissimique belli nefarios duces captos iam et comprehensos tenetis, existimare debetis omnes Catilinae copias, omnes spes atque opes his depulsis urbis periculis concidisse. *Ille*¹ erat unus timendus ex istis omnibus, sed *tam diu*², dum urbis moenibus continebatur. Omnia noverat, *omnium aditus*³ tenebat. Hunc ego hominem tam acrem, tam audacem, tam paratum, tam callidum, tam in scelere vigilantem nisi ex *domesticis insidiis*⁴ in *castrense latrocinium*⁵ compulsem, non facile hanc tantam molem mali a civium cervicibus depulsem. Sed ea, quae exaudio, dissimulare non possum. *Iaciuntur*⁶ enim voces, quae perveniunt ad aures meas, eorum, qui vereri videntur, *ut*⁷ habeam satis *praesidii*⁸ ad ea, quae vos statueritis hodierno die, transigenda. Omnia et provisata et parata et constituta sunt, patres conscripti, *cum* mea summa cura atque diligentia, *tum etiam*⁹ multo maiore populi Romani ad summum imperium retinendum et ad communes fortunas conservandas voluntate. Omnes adsunt omnium ordinum homines, omnium denique aetatum. *Causa est* enim post urbem conditam *haec inventa sola*¹⁰, in qua omnes sentirent unum atque idem praeter eos, qui, cum sibi viderent esse pereundum, cum omnibus potius quam soli perire voluerunt.

¹*ille*: Gemeint ist Catilina.

²Zu ergänzen ist "nur".

³*omnium aditus*=Zugang zu allen (*aditus*,us m.)

⁴*domesticae insidiae*=Anschläge im Inneren von Rom

⁵*castrense latrocinium*=(*"Lager-Räuberei"*) militärisch organisiertes Banditentum

⁶*iacere* hier=verbreiten

⁷*ut*=*ne non*=daß nicht

⁸*praesidii*: partitiver Genitiv, abhängig von *satis*

⁹*cum ... tum etiam*=sowohl ... als auch besonders

¹⁰Stellen Sie um: *sola haec causa inventa est*

Latinum

Klausur am 8.2.1999

Geschichtlicher Hintergrund ist der Krieg zwischen Rom und Mithridates, dem König von Pontos (Kleinasien), der den berühmten römischen Feldherren Sulla und Lucullus widerstanden hatte. Zu seinen Greueln gehört die Ermordung von achtzigtausend römischen Bürgern in Kleinasien ("Vesper von Ephesos"). Eine andere Provokation stellte die mehrfache Vertreibung des Ariobarzanes, des Königs von Kappadokien, dar. Ciceros leidenschaftlicher Appell für eine Entsendung des Pompeius in die Krisenregion bedient sich eines Vergleichs mit den beispielhaften militärischen Strafaktionen früherer Generationen Roms.

Maiores nostri saepe pro mercatoribus nostris iniuriosius tractatis bella gesserunt. Vos tot milibus¹ civium Romanorum uno nuntio² atque uno tempore necatis quo tandem animo³ esse debetis? Legati quod erant appellati⁴ superbius, Corinthum totius Graeciae lumen patres vestri extinctum esse voluerunt. Vos eum regem inultum esse patiemini, qui legatum populi Romani consularem⁵ vinculis ac verberibus atque omni supplicio⁶ excruciatum necavit? Illi libertatem imminutam civium Romanorum non tulerunt. Vos ereptam vitam neglegetis?⁷ Ius legationis⁸ verbo violatum illi persecuti sunt. Vos legatum omni supplicio interfectum relinquetis?⁹ Videte, ne, ut illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperii gloriam tradere, sic vobis turpissimum sit id, quod accepistis, tueri et conservare non posse. Quid? quod¹⁰ salus sociorum summum in periculum vocatur, quo tandem animo id ferre debetis? Regno est expulsus Ariobarzanes rex, socius populi Romani ac amicus. Imminent duo reges toti Asiae non solum vobis inimicissimi, sed etiam vestris sociis atque amicis. Civitates autem omnes cunctae Asiae et Graeciae vestrum auxilium exspectare propter periculi magnitudinem coguntur. Imperatorem a vobis certum deprecari, cum praesertim¹¹ vos alium miseritis, neque audent neque id se facere sine summo periculo posse arbitrantur.

¹tot milia,ium=so viele Tausende

Imp. Pomp. 11 f.
(180 Wörter)

²nuntius, i m. hier=Befehl

³animus, i m. hier=Meinung, Einstellung

⁴appellare hier=anfahen, anherrschen

⁵consularis, is m. =ehemaliger Konsul, Konsul a.D.

⁶supplicium, i m. hier=Marter, Qual

⁷neglegere, o hier=ungestraft lassen

⁸legatio, ionis f. =Gesandtschaft

⁹relinquere, o hier= neglegere in Zeile 6

¹⁰quod hier=daß

¹¹cum praesertim=zumal da, zumal

Klausur zum universitätsinternen
L a t i n u m
(Freiburg/Br., den 10.2.1992)

Cicero spricht zum Senat:

Nonnulli sunt in hoc ordine, qui aut ea, quae imminet, non videant aut ea, quae vident, dissimulent; qui spem Catilinae mollibus sententiis aluerunt coniurationemque nascentem non credendo corroboraverunt; quorum auctoritate multi non solum
5 improbi, verum etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crudeliter et regie factum esse dicerent. Nunc intellego, si iste, quo intendit, pervenerit, neminem tam stultum fore, qui non videat coniurationem esse factam, neminem tam improbum, qui non fateatur.

10 Hoc autem uno interfecto intellego hanc rei publicae pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Quodsi se eiecerit secumque suos eduxerit, exstinguetur atque deletur non modo haec tam adulta rei publicae pestis, verum etiam stirps ac semen malorum omnium.

15 Etenim iam diu, patres conscripti, in his periculis coniurationis insidiisque versamur, sed nescio quo pacto omnium scelerum ac veteris furoris et audaciae maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Hic si ex tanto latrocinio iste unus tolletur, videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura et
20 metu esse relevati, periculum autem residebit et erit inclusum penitus in venis atque in visceribus rei publicae.

- fen:
- 1 in hoc ordine = in diesem (Senatoren-)Stand
 - 2 dissimulare = nicht wahrhaben wollen
 - 4 corroborare = kräftigen, stärken
 - 5 animadvertere in aliquem = gegen jemand vorgehen
 - 6 regie (Adverb) = tyrannisch
 - 11 paulisper = für kurze Zeit
 - 16 nescio quo pacto = auf unbegreifliche Weise
 - 17 maturitas = Höhepunkt
 - 17/18 in nostri consulatus tempus: übersetzen wie "in n. c. tempore"
 - 21 in venis atque in visceribus = im innersten Kern